damnis Terrestribus simpliciter absq corporali iuxto taxandis 949
modo commisso ad solvendum succumbit ac re aliqua penali ex
primissis non completa complenda Citatis extabularattis Rynkes
Gnosi Christophorus Srzedzinski Pocillator Terrae Halicien
et Constantia de Blazow Conjuges cum suis posteris ad instar
Supradicti Gnosi Stanislai Lazinski vel illius successorum
ad officium praesens Castren Capitan Premislien. Ex hac recess.
supradicte quoad respondendum spectat mediante semper
in primo Citationis termino tanquam peremptorio Vera Instr
tutione pro Maiori Minorennitate successorum Legatione
intra vel extra Regnum servitio Militari Ad Muniendas
ad Curiam vel alijs quibusvis dilationibus et legali
bus impedimentis non differen. Ad quietationem ultra
primos Officij praesentis Castren Premislien Terminos dila
tionem sibi non recipien. nullasq motiones appella
tiones ac earum prosecutiones fovendo omnibusq omni
bus simplicibus vel implicatis Invasion suspen
sion fatalis Juris Proscriptionis Terrestri Bellica Conven
tiones ac alijs quibusvis Juris remedijs et defensi
tiones non subterfugien nec alio quovis modo evaden Stis
suis praesen. stabilis quibus ad praesenta omnia et singula mediantibus
stare Comparere respondere damna praesentia Terrestria
luere Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne indicatum
pati debebunt et tenebuntur Seseq ac suos Successores
ad eadem omnia inscribunt et obligant praesen Illum
terminum primum peremptorium et alios omnes exinde Conse
quen Causae eiusdem terminos semper peremptorios

Srzedzinski Lazinskiemu
Cedit cum Oblata Consensus S.R.M.

Comparens personaliter Coram Officio Actisq praesen Castren Capi
tan Premislien Gnosus Christophorus Srzedzinski Pocilla
tor Terrae Halicien sanus mente et corpore existens a Terris

ad Gnosi

980 Dictis Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et
competentibus recedendo Ipsum vero Capitaneum Capitaneatus Radzimiensis
Jurisdictionis quoad actum eundem a tunc secum suisque bonis ac
iis suis quibus omnibus totaliter et plenarie incorporando
atque subjiciendo palam libere publice ac percepto questitum
recognovit Quia ipse inhaerendo Literis Consensus Sacrae
Regiae Maiestatis ad cedendum de infrascriptis bonis sibi Regiis per
eandem Sacram Regiam Maiestatem gratiose collatis ex Minori
Cancellaria Regni cum subscriptione manus Sacrae Regiae Maiestatis
emanatis Quarum est tenor talis

Joannes Casimirus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux
Lithuaniae Russiae Prussiae Samogitiae Masoviae Livoniae
Smolensciae Czerniechoviaeque nec non Suecorum Gothorum
Vandalorumque Haereditarius REX.

Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest universis
et singulis Consensisse Nos et permisisse consen-
timusque et permittere hisce Literis Nostris Generoso Christophoro
Strzezinski Civilloni Halicensi Ut possit et valeat
de omni et integro Jure suo Advocatialitio quod ipsi
super Advocatiam in Villa Nostra Strzalkowice Capitaneatus
Samboriensis fuit servit et competit cedere illudque in
personam Generosi Stanislai Zaszinski Cohortis Nostrae
Tubicinatorum Commilitonis transferre et transfundere Cuius
quidem Cessio Jurisque transfusio postea quam coram
Actis quibusvis authenticis Regni peracta et recogni-
ta fuerit Nos eam ratam et gratam habituri sumus
Ut quod praesenti Consensu Nostro accedente peragetur Vigore
Cuius Cessionis praesentisque Consensus Nostri Praefatus Generosus
Zaszinski Praetactam Advocatiam cum omnibus praediis
Curiis structuris aedificiis agris pratis campis hortis
pascuis silvis borris mellificiis lacubus fluviis
piscinis stagnis molendinis tabernis subditis cum
eorum Hortulanis Inquilinis eorum laboribus cum
universis utilitatibus commodis emolumentis caeterisque in

Universum

Universis attinen et pertinen eo antiquitus spectan [illegible] 981
tenebit habebit et possidebit ad extrema vitae suae tem
pora. Promittimusque pro Nobis et Serenis Succesoribus Nris
Non esse Nos et Serenos Succesores Nros Generosum
Labinski ab Usu et pacifica possessione dictae Advocatiae
amoturos neque amovendi aut alienandi potestatem
cuipiam daturos, sed salvum et integrum Jus Advocatiale
ipsi Conservaturos quod et Sereni Succesores Nri praestabunt.
Ipso vero vita functo non prius dicta Advocatia ad
Nram Serenorumque Succesorum Nostrorum dispositionem redibit
quam summa in Literis Originalibus expressa vel ex taxa
Commissariorum Nrorum Serenorumque Succesorum Nrorum rea
liter enumerata et persoluta fuerit. Quibus Nris Regal
ibus Reipublicae Ecclesiaeque Catholicae salvis. In quorum fi
dem praesentes manu Nra subscriptas sigillo Regni commu
niri iussimus. Datum Varsaviae die VI mensis Juny
Anno Dni MDCLXI Regnorum Nostrorum Polo
niae et Sueciae XIV anno. Joannes Zelecki Capitaneus
Bydgostien. Joannes Casimirus Rex. Locus sigilli ma
ioris Cancellariae Regni, de omni et integro Jure suo
infrascripto quod sibi Generoso super Advocatiam in villa Strat
kowice Capitaneatus Samborien. sit servit et competit, cum
omni plenissimo Jure Dni proprietate competentiaque et
prorogatiua quauis cumque omnibus et singulis bonorum
Advocatialis praefatae utilitatibus fructibus prouentibus reddi
tibus emolumentis commoditatibus obuentionibus, agris prati
campis, hortis, pascuis, silvis, borris mellificiis la
cubus, fluviis, piscinis, stagnis molendinis, tabernis
subditis, praestationibus Hortulanis Inquilinis, eorum
laboribus Censibus usufructibus commoditatibus emolumentis
attinentiis et pertinentiis eo antiquitus spectantibus quibus Uni
versis Nihil ex praemissis Juris Dnij proprietatis ac cuiusuis
competentiis et prorogatiuis pro se Generoso aut quopiam
alio reservando seu excipiendo, jam exnunc et de facto

Generoso

982 Generoso Stanislao Zaslinski Cohortis Sacrae Regiae Mttis Velitatis Commilitoni cessit et condescendit, prout praesenti cedit et condescendit omne et integrum Jus suum sibi ad praemissa serviens in personam eiusdem Generosi Stanislai Zaslinski Cessionarii sui totaliter et plenarie transtulit transfudit et incorporavit, prout transfert transfundit et incorporat praesentibus. Denique quia bona supradicta praesenti condescensa iisdem supradictus Regens Generosus Srzedzinski praefato Generoso Zaslinski Cessionario suo iam exnunc et de facto coram Officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et ubi, quando die quacunque voluerit effectuandam, acceptans per ipsum Generosum Zaslinski Cessionarium suum hoc idem Jus praesenti cessum et bona supradicta praemissaque omnia praesenti transfusa cum universis eorum utilitatibus et usufructibus competentiisque et praerogativa quavis tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice utifruendi ad suosque usus fructus quosvis beneplacitos convertendi Juris ordine ea omnia bona in se complectentis praesentibusque cessi et transfusi vigore. Post quarum quidem Literarum sacrae Regiae Mttis consensus ingrossationem originale praefato Generoso Zaslinski consentiente supradicto Generoso Regente per Officium praesens expeditum est.

Actum in Castro Praemisliensi Feria
28/VI Tertia in Vigilia Festi Sanctorum Petri et
1661 Pauli Apostolorum Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo primo

Sidorowiczow Coniugum Mutua Advitalitas.

Comparentes